

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la  
Coloniæ Agrippinæ, 1626**

Cap. V. Votum perpetuæ castitatis, eiusque excellentiæ, & commoda

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

## CAPUT V.

VOTVM PERPETVÆ CASTITATIS, EIVS EX-  
cellentia, & commoda.

**Q**UAMVIS Virginitatis, & Continentiae tot sint excellentiae ac prærogatiu*x*, ut haec tenus dictum est: cædem tamen multò amplius extoluntur, si voto confirmantur, quo quis se obstringit Deo D. N. ad perpetuū illam conseruandam, quisque in suo gradu. Nam (vt S. Augustinus aduertit) voto potest addi & comitari sex Castitatis gradus in primo capite indicatos. Splendet autem voluntatem in Euangelica lege, postquam verbum diuinum, exiens ex sinu Patris, a descendit sicut plunia in vellu, vilcera penetrans Sanctissimæ matris suæ in conceptione & nativitate, absque vilia integratatis ac puritatis Virginalis lascione pœnum in modum, quo brosè calo delcedens receptus est in solo vellere Gedeonis quo expresso absque villa eius lascione, concha fuit rora implera. Sed magnum est mysterium, quod illud vellus non dicitur fuisse ouis aut agni carnis coniunctum, sed ab ea extradictum: tale enim erat illud Gedeonis, ad significandam supremam Virginitatis excellentiam. Castitas enim absque voto, est sicut vellus carni adhærens, à qua pati potest mutationes & varietates; siique iacturam etiam absque peccato, seruendo operibus carnis in matrimonio: at Virginitas & castitas cum voto perpetuo, est tanquam vellus à carne separatum absque villa spe iterum se eidem coniungendi. Votum enim inhabilem illam facit, ne carnis operibus amplius seruat: quasi esset Angelus sine carne viuens: Huic simile vellus fuit Virgo Sacratissima Domina nostra: quæ non fuit contenta proposito perpetua Virginitatis conseruandæ, sed votum adiecit expressum eam perpetuo seruandi: quia Dominus noster glorioſa adeo promulgatione illam preparabat ac disponebat, ut digna esset eius mater. Nec diu distulit, eam promulgationem facere, nam statim atque diuinum hoc vellus separari cœpit à carne, & sanguine, deserens paternam domum, & cognatorum Societatem, cum ætatis esset triu*m* annorum, & in Dei templo præsentata: statim constituit, hanc iacessionem suam non fore sicut aliarum virginum, quæ ad aliquor tantum dies ibi manentes; poste à nubebant: sed ipsa, spiritu sancto illustrata, votum edidit, nunquam virum cognoscendi, suamque perpetuam virginitatem eidem consecravit, recipiens eum in unicum & perpetuum suum sponsum. Et quamvis Dominus noster iustissimis ex causis iussit, tam nubere S. Iosepho: erat tamen (vt S. Aug. & S. Greg. Nifßenus, dicit) certa, ex eiusdem Dei revelatione, quod ille sponsus adiutorius illam esset votum suum seruare: in quo permanuit semper cum summa firmitate,

In Ps. 75.

a Ps. 71. 6.  
Et Ecclesiæ  
a*x*ii: sicut  
plunia in  
vellu de-  
scendisti.  
b Iudicium  
6.37.

Votum fa-  
cere in habi-  
lem ad ope-  
ra carnis.

I.

Vide Sum-  
rez, tom. 2.  
Disput. 6. in  
1. P. S. Tho.  
3. P. Q. 28. 4.  
4.

Lib. de S.  
virgin. c. 4.  
Homil. de  
Nativit.

c. Luce i. 34.  
vide Bellar.  
mi. som. 1.  
lib. de Mon.  
c. 21. suo.  
rex supra  
Lib. de San.  
Virgin.  
Serm. 4. su-  
per Missus  
est. & in il-  
lud. signum  
magnum.

2.  
d. Matt. 19.  
12. vide  
Bellar. c. 24

Impotens est  
qui voto se  
obstrinxit.

Christus in  
omnibus  
virtibus  
legit opti-  
mum.

3.  
Voto casti-  
tatis fuerint  
obstruxi A-  
postoli.  
c. 1. Tim. 5.  
14.  
Cartagin. 4  
6. 1. 0. 4.  
Vide Bellar.

mitate, ut omnes Patres deducunt ex ipsius virginis sanctissimae respondo quod dedit Gabrieli Archangelo dicenti sibi, quod esset conceptus a filium Dei. Dixit enim: *c. quoniam modo fuit istud, quoniam virum non cognosco, qui a scilicet obstricta sum, cum non cognoscere; nec mihi licet vel agere, et ea via mettere siam.* Et (ut S. Augustinus perpendit) disposuit dominu nostrar, ut vi-  
go sanctissima virginitatem suam prius Deo consecraret, quam sciret, quod esset conceputa. Nam nasciturus de matre Virgine, voluit potius sanctam Virginitatem oblatam approbare, quam eam imperare. Ut sponte potius ac libere semper assumeretur, quam ex aliqua necessitate. Et etiam, ut hinc appareret (quod S. Bernardus ait) insignis opinio amorque Virginis sanctissimae ad ipsam Virginitatem: quae, etiam promissione adeo excellenti sim proposta, quod esset mater Dei futura, indicium dedit excusationis, propter promissionem, quam se obstrinxerat, non cognoscendi virum.

A D H E C ipsem Christus, omnis perfectionis Magister, non solus Castitatem consuluit; sed eius etiam seruandæ votum: quod Sancti Patres deducunt ex illa parabola, in qua dixit: quemadmodum d. aliquis sunt Eunuchi, hoc est impotentes ad matrimonium, & filiorum generationem, ut quod de matris utero sic nati sunt; vel quod in eandem iurias vel operâ hominum incident: ita esse alios, quise ipsos castrauerunt, & impotentes reddierunt, propter regnum cœlorum. Non enim impotens appellatur, qui sponte & libete non vult matrimonium imire; sed qui voto se obstrinxit, quo se impotentem reddidit, ad illud ineundum sine peccato. Ex quo licet colligere quemadmodum Christus D. N. in rebus omnibus exemplo suo præcessit, ita cum Virginitatem consuluit, & custodivit esse verisimile, & credendum ipsum etiam se voto obstrinxisse, siquidem illud consuluit, nam in omnibus virtutibus elegit optimum, & excellentissimo modo, quo exerceri illæ possent. Cum igitur Virginitas voto consecrata, sit excellentissima: cui suam non consecraret? Quamuis enim ipse, ut pote Dei filius, & beatus non opus haberet, se ipsum votis ligare, ut in suis virtutibus firmus esset & constans: nobis tamen opus erat eius exemplum, quod imitaremur, ad nos possumus obstrinxendos, ut postea videbimus.

3. *Minimum autem est certum: Apostolos (in quibus lex Evangelica erat in oratione perfectione expressa) voto se hoc obstrinxisse; reliquosque fideles idem docuisse, & consiluisse: cum constet. Apostolum reprehendisse qualiter etiam uolentes nubere: quas dicebat habere damnationem, quia primam fidem, quam Christo D. N. dederant, voto quo se ad continentiam seruandam obstrinxerant, irritam facerent, ita enim multa concilia, & Sancti patres locum illum interpretantur. Ex historijs etiam Ecclesiasticis constat S. Matthæum Apostolum persuasisse S. Iphigeniæ, ut se hoc voto virginitatis obstrinxisse.*

obstringeret; & S. Paulum, Teclam, S. Martialē, S. Valeriam, S. Clementem Flavia et omittit. & S. Lyoninus Ariopagitta ait, professores vita monasticae consueuerunt promittere renunciationem vitae diuisae, qualis est coniugium. Et eodem spiritu sancti Ecclesiae Doctores Basilius, Ambrosius & Augustinus, hoc votum in tanto cum fructu prædicabant ac persuadebant: ut innumeræ personæ in se obstringerent, quemadmodum erant in hoc saeculo sunt innumeræ, quæ trita antiquorum vestigia tenent, & sequuntur.

## §. I.

**S**ED quis non plurimum delebetetur hac oblatione cum voto facienda, si sperpendat quanti referat esse, cum Deo liberalem, qui dona sua & favores ea mensurā metiri solet, quā nos metimus nostra seruitia, ita ut se valde liberalē erga liberales ostendat: non item erga parcos. quis autem dubiter, eum esse liberaliorem erga Deum, qui aliquod ei obsequium ex voto præstat, quam qui idem facit absque voto? nam cum voto ( ait S. Anselmus ) non solum atboris fructum Deo offers, sed ipsammet arborem, ex qua fructus ille provenit: tradis enim Deo libertatem tuam, quæ res est omnium, quas possides, preciosissima: & eius amore renuncias iuri, quod habebas ad contrahendum matrimonium, & faciendum absque villa culpa, quod alias Deus tibi non prohibuerat. Ecclesia antiqua Deo Domino nostro dicebat: *Omnia poma bona & vetera, dilecte mi seruauit tibi.* At recens Ecclesia non solum poma, sed ipsas quoque pomos, antiquas & nouas, earumque fructus offert: promittit enim multa legis naturalis propria; & alia propria legis gratia: quædam quæ sunt de præcepto, quædam de solo consilio: & in his, quæ sunt de præcepto addit etiam votum ad eū generoso & liberali animo: vt, quamvis illud præceptum non fuisset, voto nihilominus idē obtulisset, vt magis ipsi Domino placaret: quale esset, si quis voto te obstringeret, lacrum Millæ in diebus festis audiendi; aut non syrangi, non adulterādi, etiāsi de huiusmodi, præceptum nullū esset: sic enim fieri debet præcellens Castitatis vatum: in quo Deo D. N. offertur continētia præceptinaturalis, vt abstineatur ab illicitis voluptatibus; & continētia Euangelici cōfiliij, vt etiam licitis renuncietur: quia tunc datur Deo etiam arbor liberi arbitrii, ex qua fructus huiusmodi proveniūt. Et hac ratione ostendit creatura summū liberalitatis gradē, quē erga suum creatorē ostendere potest: dum scilicet in re adeō graui ac diffīlē multō plus præstat, quam ille iubeat. Rustici & tributarj ( ait S. Dorotheus ) reddunt suis Dominis tributa & vectigalia, quæ illis ex Iustitia debent: quæ nisi reddant, coniectantur in custodiā, ac iure puniuntur: ingenui tamen ac nobiles principibus suis dona & munera magni preci offerunt nomine tantum gratitudinis, & vt fidelitatem & amorem tuum erga illos hac ratione proflanteantur. Hunc in mō-

7.24. & 27.  
De Eccles.  
Hier c. 6.

4.  
Deo erga  
liberales li-  
berales off.

Lib. 1. de Si-  
militud. c. 1.

84.

a Rant. 7.13

Tract. 1. c. 3.

Maximus  
gradus libe-  
ralitatis ho-  
minis est  
Deo in con-  
filiis votum  
reddere.  
Sermo. 2.

*Non seruās  
præcepta pu-  
nietur gra-  
uissime.*

b Ps. 75. 12.

c Ps. 131. 2.

d 2. Re. 7. 12

5.  
*Votum con-  
stante red-  
dit in casti-  
tate.*

2. 2. q. 58. 4.  
4. ad 1.  
Tract. 1. c. 9.

*Voto Deo  
facto deesse  
magna est  
in urbani-  
tate.*

e Ps. 75. 13.

*Votum red-  
dit id quod  
est liberum  
necessarium.*

dum vulgares ac tepidi Christiani satis sibi esse putant, si Deo regalant Preceptorum tributa: nisi enim ea seruant, seuerissime punientur: feruntur astem, & qui animos gerunt nobiliores, vota offerunt & promissa in muneribus heroicis, ad quas præcepto nos tenebantur, sed liberales se ostendit Creatori suo in gratiarum actionem ob accepta ab eius manu beneficia; in recognitionem fidelitatis, & amoris erga ipsum. Et sec' spiritu dicitur David: b *vouete & reddite Domino Deo vobro omnes, qui in circuitu eius affra munera: quasi dixerit donis & muneribus, quæ sponte Deo offertis, adiungit etiam vota, ut pluris ab eo fiant; ed quod simul cum munere cor vobis offeretis, & libertatem, quam simul traditis.* Cum enim Deus sit liberalissimus in remunerando, quod sibi offertur: copiosius oblationem illam remunerabit, cui votum adiungitur. Quemadmodum remuneravit vobis tu in ipius Davidis, quo c *turauit Domino, & votum vobis Deo Iacob: se ne sumpturum requiem, donec inueniret locum Domino, & tabernaculum erigeret Deo Iacob.* illud, inquam, votum remuneravit Deus excellētissima quadam promissione, ingentium bonorum ipsi & eius successoribus; & venturi ex semine ac domo Messiae, qui d *regnaturus esset in eius domo in aeternum.*

MAGNUM etiam aliud bonum nobis accedit ex voto, castitatis, firmi scilicet, & Constantia in easeruanda: ex quo stabilitas oritur eius, quem propriè statum Virginitatis aut Continentiae vocamus. Cum enim voluntate nostra natura suâ sit instabilis in suis decretis & propositis: non est medium aptius ad eam mutabilitatem stabilendam, ne retrocedat: quam si vota ligetur, quod teste S. Thoma magnam adfert decretis firmitatem: nam hec modo, ait, nos imitari constantiam beatorum in celo. Nam, vt supra inuauimus, reuerentia debita infinita Dei maiestati, cui votum & permisum fit, inuitat, imò obligat, vt ne promissione nostræ desimus. Si enim est gens inciuilitas, non stare verbis & promissis factis Regibus & principib' ac propterea diligentissimè curant homines, exactè & ad nutum ea explorare, quæ illis promiserunt: quanto maior censenda erit inurbanitas, si quæ promissioni ac voto desit, quod Regi cælesti obtulit, in cuius manibus spiritus & vita est posita omnium Principum terræ. Ac propterea Prophetus ille Rex dixit: qui e *vouetis, Domino reddite: est enim terribilis, & auferat spiritum Principum: & est terribilis apud Reges terra.* id volens significare: cum, cum vota fiunt, tales esse, vt qui vount, etiamsi Principes sint aut Reges, nisi steterint promissis, ostendat se eis terribilem, & auferat spiritum, & vitam gratiæ; & forte etiam corporum.

ALIA quoque ratio firmitatis & stabilitatis voti est, quod vounte conuertat id, quod liberum ac voluntarium illi erat, in debitum & necessarium: obligat enim se vounte, ad id præstandum sub ea pena, vt à Dei amicitia, &

ire ad celum perueniendi excidat; incurrat vero in aeternas inferni penas: nisi promissum reddiderit. Ne autem in huiusmodi damna incidat: extimulat iesus ad firmitatem, & stabilitatem reddendo quod promisit. quare conjuncti se in his angustias, ut constant, sit: copiosorem Deus praebet gratiam, & sua firmitati debet. Ne doleas (ait S. Augustinus) quod voto te obstrinxeris, sed gaude potius: quod non licet tibi nunc facere, quod antea cum tuo damno faciebas: potius te ipsum excita ad standum promissum: Deus enim, qui tuum votum acceptauit, iuuerit, ut explete possis. Felix necessitas, qua meliorem afferit exitum.

HINC etiam alia excellentia oritur magis propria voti Virginitatis, & Castitatis: quod scilicet spirituale cum Christo connubium perficiat ac stabiliat. Quemadmodum enim in carnali coniugio necessaria est aliqua promissio & obligatio, cui illud innatur. Ita perfecta spiritualis cum Christo deiposatio non solum proposito Castitatis, quod potest sine peccato mutari; sed opus est voto, quod obligationem imponit fidelitatis seruandae diuino, sposo. Ac propterea Castitatis votum est de essentia status religiosi: quod talis desponsatio sit multo perfectior. Et hoc ipsam nouam adserit firmatatem ne fidelitas celesti sposo debita, laedatur. Sicut sponsa, aut uxor maiorem habet in castitate firmitatem ob specialem obligationem, qua teneatur esse fidelis suo sposo & viro, etiam absenti.

ACCEDIT, quod votum etiam addit firmatatem ex ea parte, quod laciui, & impudici magis cauent tentare, & solicitare eas virgines, quae suam Castitatem Deo consecrarent, ut merito debent, ne Deus iram suam in eos ostendat, sicut homines solent contra eos qui ipsorum uxores aggredi audent. Hoc praeclare perpendit S. Ambrosius contra quendam, qui ausus fuerat tale delictum committere cum quadam Virgine, quae vocabatur Susanna. Quid (inquit) dicam de te, filio serpentis, ministro Diaboli, templi Dei violatore; qui in uno delicto duo atrocissima coniunxisti adulterium & sacrilegium, dum tecum corpus prephanasti Christo oblatum, & consecratum. Cage (ait S. Hieronymus) ne f. Phinees arrepto pugione perforat te fornicantem cum Macianita? Attende: peccatum tuum fedius esse peccato g. Amon, qui oppresuit Thamar sororem suam Virginem: virgo enim consecrata plus est quam foror. Contrate clamat sanguis h. Nabath, & vinea Irael, que cum lata esset Dei semente, tu eam in turpium voluptatum tuarum horum conuertisti. Aduersus te mittetur aker Elias, qui cruciatus & mortem tibi minetur, nisi tempetiue surgas a tuo peccato per penitentiam. Memento, (ait alibi S. Ambrosius) quid magnus Baptista dixerit Herodis: i. non licet tibi habere uxorem fravis tui viuentis: quamuis quod libere hoc peccatum reprehendisset, martyrio fuerit affectus. quanto igitur excessus

Tom. 3.

L

est,

Epist. 45.  
ad Armeni-  
tium.

6.  
Votum vir-  
ginitatis  
perfecte con-  
nubium  
cum Christo.

Status reli-  
giose essen-  
tiale est vo-  
rum Casti-  
tatis.

7.  
Lascivii mi-  
nus tentant  
post votum.  
Lib. de ob-  
iurgat one  
contra Su-  
sannā lap-  
am c. 9, ab  
aliquibus  
ribusur S.  
Hieronymo  
Ep. contra  
Sauvianū  
Dacon.  
Num. 2. 8  
g. 2. Reg. 13. 14  
3. Reg. 21  
Lib. de Virg  
ad sororim.  
Mar. 6. 8.

est, temeritatē reprehendere eorum, qui suas Christo sponsas rapere: cum sit ipse frater natu maior, viuens & aeternus. Gratias, inquit, diuinis, quod hic nullus sit Herodes: utinam nulla Herodias. Tantus enim est zelus emul voti seruandi, ut virgines paratae sint martyrium potius subire, quam lucis integratatis iacturā facere; eo viri, mori potius eligant, quam in Regem suum Dominū peccare: dicentes cū castissimō Ioseph, k quoniam possum malū facere & peccare contra Christū Dominū meum, vel tangens te eius sponsam.

## §. II.

8.  
Violare votum est sacrilegium.

a. 1. Tim. 5.

12.  
Lib. 2. de officiis Eccles.

6. 18.

S. Aug. lib. de bono Vi-

duita c. 9.

Heresi 6.

De vera

Virg. & Epi.

185. ad Vir-

ginem lapſa.

Epiſt. 6. ad

Theodor.

lapſum.

De bono vi-

duit c. 11.

in Ps. 75. &

en Titul.

Pſal. 83.

S. Greg. 3.

par Pafio.

Admonit. 28

b Gen. 19.

26.

Deus inuenit

honestos

post facta

vota puniet.

**E**X his deducere licet ultimam rationem, eo quod plurimi Sancti cant exagerantes peccatum, votum hoc violantium: appellant enim illud turpissimum sacrilegium, adulterium iustissimum, valde abominandum contra Deum infidelitatem. Quamobrem dixit Apostolum a viduas post votum castitatis nubere volentes, habere damnationem. Perpendit autem Sanctus Isidorus: non dixisse Apostolum, viduas querunt, sed quae volunt nubere: nam aliquae id non facient, siue quodd cogunt, re ipsa non facere; siue ex pudore abstineant: quae tamen, si vel corde desiderent, damnationem ipsam promerentur. Quanto igitur magis ( ait Epiphanius ) hanc penam promerentur virgines, hoc votum violante postquam ipsum Christum in sponsum acceperunt? Mulieri ( ait S. Basilius ) si nupsit, non permittitur, primo mariti superstitie, virum alii accipere. Cum igitur Christus Virginum sponsus nunquam moriatur: nequam eis licebit sponsum alium, absque gravissimo adulterij crimen, accipere. Quod si tantum est crimen thalamum violare viri terreni; quantum debetur gravius violare thalamum regis caelestis? Vxor ( ait S. Chrysostomus ) non habet potestatem sui corporis, sed vir; & qui voto se Christi consecravit, non habet potestatem sui corporis, sed Christus: cui facit iniuria alteri alicui illud tradat. Lapsus ( ait S. Aug. ) castitatis excelsioris peiorem sunt adulterijs. Si enim Christo iniuriam facit quemcumque vxor proprii viri suo fidelis non est: quanto maior censenda est iniuria eiuldem Christi; quod quem ipsius est sponsa, fidelitatem ipsi non feruet? Et cum viri adeo zelent honestatem vxorum, & infideles sibi querillissime puniantur: quomodo celabit Deus sponsarum suarum castitatem, punietque lapsus infidelium, ut hac ratione reliquas frenet, & cautores faciat? cum in modum ait idem Sanctus, quo vxor Loti, cum Deus illa ex Sodomis eduxisset & ex illis incendijs eruisse, in ipso itinere respiciens post se, versa est in statu amfali: ut stulti & inconstantes hoc exemplo saliantur, & cautores fiant, & discant in bono ceptu perseverare: Ita, inquam, is, quem Dominus noster per votum castitatis ab incendis & luxuriaz flammis eripuit, si respicit polle, & votum suum transgreditur: timere potest, ne simili pena afficiatur, vi-

magical

maneat exéclar in cautelam aliorum. Et quemadmodum vxor Loth perijt, non quod vel vnum gressum versus Sodomam reuertisset; sed solum quod relpexerit illam: ita virgo existimare debet: contra hoc votum non solum peccari operi ipso, quod per gressus significatur, sed etiam ipso aspectu & consentiu volueris. *Memores ejus* (ait Saluator noster) *uxoris Loth* quæ nūquam primam suam formam recepit; & exemplum accipite in alieno capite: ne æternum pereatis, instar agri d' sale asperlo lati, qui semper manet sterilis & inutilis. Si e *Ananias & Saphira* (ait S. Fulgentius) infelici morte perierunt, ed quod partem preci, quo agrum vendiderant, quem iam Deo per votū paupertatis obtulerant, ex quadam cupiditate retinuerunt: quâ pœna non erit dignus, qui subtrahit Deo hæreditatem & margaritam Castitatis, prius ipsi oblatam? Has omnes sententias adducendas existimauit: ut clauorum instar firmius figant votum Castitatis, nec sit qui audiret refigere.

SED obnoscere quispiam posset: si adeo graue peccatum est, votū transgredi: ex pedit, illud nō facere: ne vousens, tali periculo exponatur, & intuitu gratiam augēdi ampliori merito, ed deuenire, ut gratiā excidat lapsu turpiori. Cui obiectioni valde apte respondet S. Ambrosius: *Nid ita est, nullus sit miles, nullus ad pugnam exeat: ne forte aliquando vincatur; nullus pedibus vtatur ad ambulandum; quia periculum est impingendi, neque aperiat oculos ad videndum, ob periculum labendi in concupiscentiar. propter aspectum: quæ cūm non sint prætermittenda, sed prudenter & attentè præstanda: ita non sunt omittenda vota, quæ Deo alias placent, & in quibus non est alias mortale periculum, si prudenter fiant: ed quod Deus auxilium præster ad illa seruanda. Ne pigeat (ait Sanctus Augustinus) vota edere: quia non vestris viribus ea explicabitis. Deficietis si vobis ipsis fidatis: si autem Deo, cui votum offertis: edite illud, & tutò incipite quod voulitis implere: nam qui te hortatur, ut youreas, ipse adiuuat, ut reddas. Ideoque certius est ex voto lucrum, quam iactura: quod si quis timor est iacturæ: is ipse magis lucrum promouet: humilis enim timor iustum reddit securiorem, ut voti sui compos euadat.*

Denique ut Castitatis vœcum optatam habeat firmitatem, & certi lucri securitatem: plurimum refert conditiones illas adhibere, quæ capite nono primi Tractatus positæ fuerunt: quæ exactius in hoc voto sunt adhibendæ propter eius perpetuitatem ac difficultatem; & graues pugnas, quibus impetratur: quare diligenter curandum est, ne absque magna consideratione & consultatione edatur: sed diligenter regula illa nostri Saluatoris seruetur, qua dixit: *F. quis vult turrim adificare, prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt ad eam perficiendam; & qui committere vult bellum adversus hominem potenterem, sedens prius cogitat, an sufficienter habet exercitum, & ei*

c. L. 17. 32.  
S. Hierony.  
in Matthœu.  
d. Iud 9:45.  
Epist. 1.  
c. Actuum 5.  
I. 10.

9.

Lib. de Vi-  
duis prope  
finem.

Deus emi-  
tentes vota  
adiuuat.

in Psal. 75.

" " in Psal. 131.

" "

" "

" "

10.

Considera-  
tio ante vo-  
ta perdili-  
gens sit.

F. Luc. 14: 28

In Matr. 19.

Experiens-  
tiam sua-  
rum voto-  
rum quis habeat.Trident.  
Sess. 25. c. 15.  
Sexagesim  
anni voto  
faciendo  
sufficiunt.  
Lib. 3. de  
virginit.  
S. Aug. de  
S. Virg. t. 36.  
S. Hiero E  
pist ad Eu  
stoch de  
VirginitateVocatio Dei:  
instante eli-  
gendo re-  
cessaria  
ad Matr. 19. 11.

P.

occurred, & resistat. Alioquin melius est Castitatem non vovere, quam, per votum, illam non seruare; & in prelio contra eam insurgente sic quibus sit Virginalia implere praecepta, vota icilicet Virginitatis, antea quam illudat, siquidem ad ea edenda non obligatur. Ne autem deceptio aliquar considerationi inservatur, aptum coniilium est, experientia aliquam per habere facultatis, quam quis haberet ad votum in iacculo manens seruare. Quare ordinari loquendo tutius est, primum facere votum ad certius quot tempus, ad annum v.g. ut ex eo experientia sumatur ad votum perpetuum edendum. Plurimum etiam refert, vt vovere ad eam aetatem penetrat, ut intelligere possit, quantum sit onus, quod sibi per votum imponit. Cum autem Ecclesia ad religionem professionem edendam constitutus decim annos: haec aetas pro quocumque castitatis voto edendo sufficit plerumque enim refert ab ipsa iuuentute firmiter illam amplecti, modis adhuc conditions discretionis, & maturitatis. Nam (ut S. Ambrosius) non est reicienda aetas iuuenilis; sed animus & propositum est examinandum. Sancta enim Tecla non ex senectute, sed ex virtute fuit approbata, omnis aetas Deo apta, est Christo perfecta. Ne miretis, quod iuvenes praeteantur Castitatem: cum etiam lubeant martyrium, an dubitare licet, per aetatem posse seruare continentiam; quae confitenti potest Fidei, etiam a effusione sanguinis. Denique ad votum castitatis edendum, maximè aurdenda est vocatio Dei, à qua præcipue oritur virtus & facultas ad eam uandam. Ut proximo capite apparet.

## CAP V T VI.

AD BENE ELIGENDVM STATVM CONTINE  
tia, eamque seruandam, ne recessariam esse Dei vocationem: cum sufficiens auxilia & media omnibus praestare.

**P**ERPETVÆ Castitatis excellētiæ, & grauissimæ eius pugnæ latissimū tuadent; nec in proprijs viribus eligere posse, sicut oportet, excedere ac difficilem statum; neque Continentiam promittere, nec promissam seruare: nisi à Sancta Dei vocatione & inspiratione præueniam & admittetur. Quod satis expresse insinuant Saluator noster Iesus Apolloni dicitibus: nisi licet libellum repudij vxori dare, expedire non nubet respondit enim: a non omnes capti verbum istud sed quibus datum est. In quibus verbis non voluit supremus noster Magister vt Hæretici carnales suam carnalitatem excusandam fingunt, affirmare, continentiam esse donum Dei. Sicut est Prophætia, & donum linguarum, & alia gratiae gratis datae quæ non à libertate nostra, sed à sola libertate Dei, illas, cui voluerit, dantur.

depen-